



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

SS. Achatius & Soc. MM. 22. Iunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

22. Junii. VITÆ SANCTORUM. 399  
titantem ante & post ludum literarium  
salutare; sacrificiis quinque senisque mini-  
ster assistere, ad conspectum *Hostiæ* la-  
terymis manare; cum verò eo epulo frue-  
retur: inundare etiam. Itaque nullius no-  
xæ gravioris sibi conscius Angeli nomen  
meruit, ut terra cælum dici posset, si plures  
Aloysios haberet. *Ex Virg. Cepario.*

*Persuasum habe, perindete Angeli du-  
ctum sequi oportere, atque cæcum quem-  
piam, qui viarum discrimina ignorans,  
ejus, qui baculo gressum illius regit, provi-  
dentia in omnibus confidit. Ex dict. B. Alo.*

SS. ACHATIUS & SOC. MM.

22. Junii.

Quale illud cælo spectaculum fuit, cum  
dena hominum millia, pro optimâ  
causâ & amplificando crucifixi nomine,  
crucibus penderent? Dux felicissimæ  
multitudinis ACHATIUS fuit, cui  
contra innumerabilem hostium vim pu-  
gnaturo Angelus victoriam prospondit,  
si Christiana sacra, à quibus alienus tum  
erat, cum sociis suscepisset. Placita con-  
ditio est, Christam adoravit, pugna-  
vit, vicit; utque Deum deinceps ritè  
coleret, cum victore exercitu in Ara-  
rathem montem secessit, ubi, Angelis  
magistris, omnes Deum amandi rationes  
felicissimis tyronibus sunt infusæ. Quan-  
tum profecissent patiendo, quod nibi-  
lissimum.

400 VITÆ SANCTORUM. 22. *Iunii.*  
lissimum Christianæ scholæ experimen-  
tum est, demonstrarunt. Quinque in  
eos reges armati sunt; qui cum procel-  
lam lapidum primum effunderent, ii  
Christi Athletas non ausi contingere, in  
funditores rediere. Flagris cum secaren-  
tur, terra immanitatem non tulit, to-  
taque intremuit. Quo miraculo permo-  
tus Theodorus, cum millenaria cohorte  
Martyribus accessit, in præacutas su-  
des muricesque impulsi, viam compla-  
nantibus Angelis, nihil cladis accepe-  
runt. Eò denique ventum, ut quæ Chri-  
stus tormenta tulit, in iis repererentur.  
Ergo spinis redimiti, actique in cru-  
cem, per igens montis spatium pependere  
optimi maximique testes injuriam  
cruci fieri, cum mala res, & infelix  
arbor vocatur: periissent, nisi pependis-  
sent. *Ex Lippel. & Mart. Rom.*

*Signum Crucis erit in celo, cum  
Dominus ad iudicandum venerit: Tunc  
omnes servi Crucis, qui se Crucifixo  
conformaverunt in vitâ, accedent ad  
Christum iudicem cum magnâ fiduciâ.  
Quid igitur times tollere Crucem, per  
quam itur ad regnum? Thom. à Kemp.  
l. 2. c. ult.*

S. PAU-